



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput VII. Episcopi transferant una cum oneribus Ecclesias, quæ nequeunt instaurari; alias vero reparari procurent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„coerceant, ac castigent. Et si adhuc Sæcul. XVI.
 „incorrigibiles in sua nequitia perseve- A. C. 1562.
 „rent, eos beneficiis, juxta sacrorum
 „Canonum Constitutiones, exemptione,
 „& appellatione quacunque remota,
 „privandi facultatem habeant.

CAPUT VII.

*Episcopi transferant una cum oneribus Ec-
 clesias, quæ nequeunt instaurari; alias
 vero reparari procurent.*

„Cum illud quoque valde curandum
 „sit, ne ea, quæ sacris ministeriis
 „dicata sunt, temporum injuria obsole-
 „scant, & ex hominum memoria exci-
 „dant; Episcopi etiam tanquam Apo-
 „stolicæ Sedis Delegati transferre pos-
 „sint beneficia simplicia, etiam juris Pa-
 „tronatus, ex Ecclesiis, quæ vetustate,
 „vel alias collapsæ sint, & ob earam in-
 „opiam nequeant instaurari, vocatis
 „iis, quorum interest, in Matrices, aut
 „alias Ecclesias locorum eorundem, seu
 „vicinorum, arbitrio suo, atque in eis-
 „dem Ecclesiis erigant altaria, vel ca-
 „pellas tranferant, cum omnibus emo-
 „lumentis & oneribus, prioribus Eccle-
 „siis impositis. Parochiales vero Ec-
 „clesias, etiam si juris Patronatus sint,
 „ita collapsas refici, & instaurari procu-
 „rent ex fructibus & proventibus qui-
 „buscunque ad easdem Ecclesias quo-
 „modo

Hist. Eccles. Tom. XLV.

O

„modo

Sæcul. XVI „modocunque pertinentibus: qui si no
 A.C. 1562. „fuerint sufficientes, omnes patronos
 „& alios, qui fructus aliquos ex dicta
 „Ecclesiis provenientes percipiunt, au
 „in illorum defectum, parochianos o
 „mnibus remediis opportunis ad præ
 „dicta cogant, quacunque appellatione
 „exemptione, & contradictione remota
 „Quod finimia egestate omnes laborent
 „ad matrices, seu viciniore Ecclesias
 „transferantur, cum facultate tam di
 „ctas Parochiales, quam alias Ecclesias
 „dirutas, in profanos usus non sordi
 „dos, erecta tamen ibi cruce, conuert
 „tendi. „

CAPUT VIII.

*Monasteria commendata, in quibus non
 viget regularis observantia, & beneficia
 quæcunque quotannis ab Ordinario
 visitentur.*

„Quæcunque in Diœcesi ad Dei cul
 „tum spectant, ab Ordinario dili
 „genter curari, atque iis, ubi oportet,
 „provideri æquum est. Propterea com
 „mendata Monasteria, etiam Abbatæ,
 „Prioratus, & Præposituræ nuncupa
 „tæ, in quibus non viget Regularis ob
 „servantia, necnon beneficia, tam cu
 „rata, quam non curata, sæcularia, &
 „regularia, qualitercunque commenda
 „tæ, etiam exempta, ab Episcopis,
 „etiam